

Auf der Rückseite: Magüt. Mit geringen Resten des Siegels am Pergamentstreifen.

XXIX. Herzog Friedrich von Oesterreich an die Stadt Konstanz. (1314) Juni 20.

Or. Karlsruhe, Generallandesarchiv, Konstanz-Reichenau Spec. 208. Nach Abschrift von A. Werminghoff.

Frid(ericus) Dei gracia dux Austrie et Styrie, dominus Carniole, marchio de Portusnaone viris prudentibus et discretis . . sculteto, . . consulibus et civibus Constanciensibus sincere sibi dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex quo vos semper promptos in nostris negociis et agendis invenimus quibuslibet et devotos, ob hoc indubitanter adhuc credimus et speramus, quod in nostris ampliandis honoribus inantea debeatis non inmerito gratulari. Quare vestre noticie presentibus declaramus, quod reverendus in Christo pater et dominus dominus Heinricus sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus necnon magnifici principes Rud(olfus) comes palatinus Reni dux Bawarie, Rud(olfus) dux Saxonie awunculi nostri ac Woldem(arus) marchio Brandenburgensis affinis noster super negocio electionis in nostram personam unanimiter devenerunt et nobis per sublimacionem nostri nominis et honoris invariabiliter assistere promiserunt et nos quoque sub confidencia Altissimi huiusmodi negocium nostris humeris duximus assumendum et obinde sufferre quelibet onera et labores. Prudenciam vestram monentes attentius et rogantes, quatenus vos taliter preparare et accingere viriliter curetis, ut cum decenti multitudine armatorum nobis in adventu nostro fideliter assistere studeatis contra nostros emulos et rebelles, super quo illustrem ducem Luip(oldum) fratrem nostrum karissimum ad vestram presenciam duximus premittendum, certi quod proinde ad quelibet vestra beneplacita perpetuo nos senciatis benivolos et paratos.

Datum aput Lintzam XII. Kal. Iulii.

Auf der Rückseite von gleicher Hand: Viris prudentibus et discretis . . sculteto, consulibus et civibus Constanciensibus sincere nobis dilectis. Keine Siegelreste, doch muss ein Rundsiegel aufgedruckt gewesen sein. Sehr kleine Schrift.

XXX. Drittes Wahlbündnis zwischen Markgraf Waldemar und dem Erzbischof von Mainz. 1314 Sept. 10.¹

1) Bisher nur Reg. Boica V, 287. Trotz der schlechten Erhaltung doch des Abdrucks werth. Das cursiv gedruckte ist ergänzt.